



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

19. Dies Augusti. Deus non voce clamosâ est pulsandus, sed conscientiâ recta placandus; quia non est vocis, sed cordis auditor. Chrysost. supra Matth.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

648      *Christiani Militis*      Augustus  
qui aliud præmium petit à Deo, & propterea vult seruire Deo; carius facit, quod vult accipere; quam ipsum, a quo vult accipere. Quid ergo? Nullum præmium Dei; nullum præter ipsum: præmium Dei, ipse Deus est. Itaque causa & ratio sola devotionis in Deum, non debet esse aliquid, quod est Dei; ut Spiritus delectatio, sed ipse Deus. Sicut in sanctissimo Eucharistiae Sacramento, licet appareant species, quæ dicuntur sacramentales; tamen solus ibi JESUS agnoscitur, colitur, adoratur. Et dum devotio est in illo tam exesso fastigio, ut omnia despiciat, solum, qui supra omnia est, suspiciat Deum; tunc Devotione est omnium dulcedinum dulcissima, & virtutum omnium Regna. Quia Charitas & Devotione non plus inter se differunt, quam ignis, & flamma; quia Charitas, cum spiritualis quidam ignis sit, dum vehementer inflamata est, dicatur Devotione. Est igitur Devotione, Charitatis perfectio; si enim Charitas, si lac: Devotione est ejus cræmor: si illa est planta; Devotione ejus est flos: si illa est gemma; Devotione ejus est fulgor: si illa est balsamum; Devotione ejus est fragrantia. Unum ergo tibi sit votum, uni Deo esse devotum; sic vota tua Deus non tantum audiet, sed exaudiet. Poëtificet fidem, si quæ fides Poëtis:

*Si sis devotus, Deus audit mox tua vota.*

### 19. DIES AUGUSTI.

Deus non voce clamosâ est pulsandus, sed conscienciam rectâ placandus; quia non est vocis, sed cordis auditor. *Chrysost. supra Matth.*

**M**Agnes ad Deum est clamor,  
tacitus in pectore Amor.  
Cor, quod multum amat,  
vastum clamat : ejus silen-  
tium, est strepitus. Etiam tacendo, pulsamus cælum,  
Ubi in cordis amantis suspirium est, veluti ex  
intento : rucu emissum spiculugui. Ut igitur in Prover-  
bio dicitur; *Non multa, sed multum.* Sic paucis hodie  
suggeram; quomodo multum, verbis non multis,  
possis orare. Ut, quam prius commendavi Devotio-  
nem, foveas; & sic Deus tibi Devoto faveat; sint tibi  
familiares celeres animi motus per brevem aliquam  
precationem in Deum tendentes; quos, divini Pa-  
tres, *Jaculatorias* nominant orationes; quod sint pia  
veluti jacula, igneæque amoris sagittæ, quæ recta in  
cor Dei ferantur: sunt precatiunculæ alatae, quæ mo-  
mento Devoti animi motum in cælum efferunt; &  
lucentes cœli globos aperiunt, & penetrant usque ad  
thronum sempiternæ divinitatis; quas rectè vocave-  
ris Igniculos. Hæ breves, votæque vi mentis ejacu-  
latæ orationes, mirum quantum valent ad exsuscita-  
ndum animum, & è vetero pigritiæ excitandum:  
his enim animus ab humilibus rebus sevocatus, in  
Deum cum impetu tendit. Hujusmodi sagittarum,  
quas in cælum, & ad Deum jaculeris Pharetrâ, sunt  
Regii Vatis Psalmi, quibus, vel animum per humili-  
tatem subinitras; vel, per amorem attollas; vel, me-  
tuendam Numinis Majestaten, colas; vel, ejus præsi-  
dium petas; vel, ut ob scelera gemas; quibus denique  
infinitis modis Deo placeas.

II. Hoc exercitium familiare fuit B. Malachiæ,  
qui similibus orationum jaculis cælum sæpius impe-

650      *Christiani Militis*      Augustus.  
tebat, & Deum feriebat ; de quo ita nervose S.Bernardus : (a) *Cum Malachias uer ageret, raptum quodammodo, & veluti jaculum emittebat orationem.* Tertullianus : (b) *Ad molestiam fidei pertinere ait, si non agmine verborum ad eundum putemus ad Dominum;* cum noī deessent, qui in strepitu verborum, & continuo laborum motu, vim orationis ponerent. Vim certè magnam habent ignea illa jacula, quæ cor Dei dulciter feriunt, ut evocent inde benevolentiam. His uti decet, præsertim, si quid aggredimur magnum, & difficile; quod ad Dei gloriam futurum esse putemus, aut cum magno animæ periculo sit conjunctum. Tunc opportunum est in ipso principio, aut etiam articulo, ac nodo operosi negotii, mentem ad Deum referamus; quod brevi oratione, & devoto veluti jactulo in cælum emisso, fieri potest. Sic tecit Hebra illa Virago, quæ Holoferni fuit vorago, Juditha nam Holofernem, Dei hostem, mulier non muliebri, sed plus quam masculo facinore aggressura, apprehendit comam capitis ejus ; & simul flammeo corde ignea illa protulit : (c) *Corfirma me, Domine Deus, in hac hora.* Itaque hæ preces tacitæ, pia desideria, cor igneum, divina proposita, mens cælo inhians, & Angelorum commercio fruens, bona sunt filiorum Dei propria. Perit ei omne opus, qui non perpetuis precibus invocabat Dei opem. Qui hujusmodi per jaculatorias preces utitur Dei familiaritate ; is solo se abdicat, cælo se dedicat.

III. Si fors tibi desideres pharetram, unde de promas hujusmodi jacula ad cælum, & Deum mitenda; accipe paucula. Dum solus es in conclavi, aspira

(a) *In vita Malach.* (b) *De orat.c.1.* (c) *Judith.13.9.*

Augustus.

Tessera.

651

ra ad Deum, his voculis : *O amabilissime Deus! Quomodo tu solus in me non vivis? aut quomodo ego non vivo in te totus, cum ames me?* Dum noctu decumbis: *O amabilissime Deus! quam dormit securè, pro quo vigilat Amor?* Nullas metuo insidias, ubi Amor habet excubias? Dum animum relaxas : *O Dilectè cordis mei gaudium, quia amoris mei delitium!* da, ut amando te, semper sim hilaris; qui, offendendo te, merito sum tristis. Dum ad meditandum quid boni te disponis: *Quid meditabor de te?* *O amabilissime Deus: aliud nihil, quam quod sis amabilis, & in omnibus amabilis; in culpis, quas remittis; in pœnis, quas mitigas; in eruminis, quibus expias; in beneficiis, quibus cumulas.* Dum occurrit dixit bus: *O quam dives, mi dilecte! cui tu sufficiis, Quam pauper, cui tu satis non es; O amor meus!* quid exira te? quid ultra te queram? Desint omnia, modo turme, & ego te possideam. Dum ab aliis despicitur: *O amor! amari à nihilo cupis, & ita quidem, ut sis paratus dare omnia, pro amore nihili.* *Quid dicam? Sim nihil, siam nihil, habeam nihil per amorem; ut tibi amato tribuam, quæ debeo omnia, Alias, quâcunque occasione:* Utinam Deus! tantum te amarem, quantum aliquis in cælo, & terra hactenus amavit. Denique millies per diem: *Quis mihi det infinita corda, quibus in infinitam aeternitatem infinitus te amem?* Si dum spiras, sic aspiras ad cælum, & suspiras ad Deum, piè expirabis, ut æternum respires in Deo :

*Ad cælum aspirans, feliciter expirabit.*

## 20. DIES AUGUSTI.

Sæpè homo, cum est in se, non est secum. *Chrysostomus.*  
serm. 5.

I. In